



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.
Libri Qvinqve**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1665

LXII. Mirabilius præcedenti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10840

Mariam Hieronymi Barardi vxorem Maiorice partus difficultas iam quatriiduum cruciabat , & cum medicis obstetrix , actum de illa censuerat quod vires iacenti deessent , ad foetum mortuum expellendum. Afferruntur ad illam sanctorum reliquiae , & in iis brachium S. Leonardi , ad emeritam illorum gratiam , sed hanc Deus S. Ignatij gloriae cedere voluit : infrente sermonem nescio quo de fortunatis ab S. Ignatio partibus , accersuntur mox e Collegio aliquae illius reliquiae , quas cum religioso affectu sibi imposuisset parturiens , mortuam post paulum eiecit pueram , conglobato , & putri iam corpore , ex quo tamen utroque nihil planè accepit detrimenti.

LX.

*Partus item
fortunatus.*

Mirabilius aliud Carpenteriorum in comitatu Veniesino factum. Matronam nobilem , diuturni iam partus torquebant dolores cum manifesto viræ discrimine : agebatur dies S. Ignatij quem canonicus , iacentis cognatus , pie veneraturus collegij templum adierat. Illic forte oculos coniicit in votiuam ex partu tabulam , visus sibi est doceri coelitus de ferendo , cognatae remedio : ad eam accurrit , iubet illi suo nomine inculcari , vt spem suam omnem in S. Ignatij precibus locaret : morem gessit suadenti , & peperit , sed deformem , monstrosum , sine sensu , ac motu foetum , nec satis liquido sacri fontis capacem. Fore tamen haudquaquam mutilam S. Ignatij gratiam , confisus canonicus , qui nostrum in templum reuertebat , sed æquè filio vt matri liberalem ; per se ac nostros precando urgebat , vt beneficio materno infantis sanitas cumulum adderet ; cum adest latetus qui domo nunciat insperato reuiuiscere infantem , & incertum quo modo pulchellum eusisse. Ita preces gratulatio exceptit , & p̄ij canonici aduersus S. Ignatium mirè crevit religiosa fiducia. Foret mihi scriptu difficile periculosos partus numerare quos S. Ignatius suo beneficio fortunauit , & parentes quibus liberos impetravit , utrumque Deo magnifice serui sui gloriae propagante. Habuit urbes quædam vel ab eo subscripta literis chirographa , vel ex eius reliquiis aliquid , quod in occasiones huiusmodi fete perpetuo circumfertur , cum manifesto , & prodigioso diuinæ opis auxilio.

LXII.

*Mirabilius
precedens.*

Leccij anno 1594. Patientia Simoniae ancilla crudelem in modum , ex renum incendio torquebatur , excrebaturque iam triduo cum pure sanguinem ; his acuta interuenit Febris qua in delirium , & in extrema redacta est : iamque illi funebria parabantur , cum heræ succurrerit experiri S. Ignatij preces , & merita , detractis sibi eius reliquiis frontem , & pectus ægrotæ consignat , fusisque pro illa ad sanctum precibus lecto reliquias appendit. Post quæ in somnum , quo pridem caruerat ægrotæ soluitur , videturque in somnis venerabili aspetto virum e Societate , à quo iubetur valetudinem à Deo postulare , futurumque omnino , vt eam reciperet. Fecit , vt poterat quod imperabatur : at intulit sanctus ; heram tuam moneto , vt de mea ueste quod tenet in scutio frustulum reuirientius habeat. His occupata audiendis cernendisque excitauit conserua , negotioli cuiuspiam causa , cui

LXII.

*Moribunda
S. Ignatij vi-
fo sanatur.*

III illa